



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

35 Qvo Pacto Mvlti Cohabitatores, oppidorum excommunicati, & ipsi
vtcu[m]q[ue] innocentes excommunicantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

QVO PACTO MVLTICOHABITATO-
res, oppidorum excommunicati, & ipsi vtrūq;
innocentes excommunicantur.

Item & illud in plerisque sæpiuscule euenit, q̄ vicinorum 35
excōmunicati decem, & eo amplius, quos tamen causa, nihil
omnino cōtingit, cum ipso principali excōmunicationis pœ
na aggrauantur, & non ob aliud, q̄ vt officiales ecclesiastici
scilicet iudices, facilius, citiusq; pro libidine sua miseram ple
beculam depeculentur, ac pro suo libitu, eorum abutantur
simplicitate, ipsosq; principales ad quascunq; etiam iniquas
acceptandas transactiones per hoc compellant, adigantq;.
Nam etiam si excōmunicatus ipse, vna vxore, liberisq; suis,
per intollerabile hoc & iniquissimū Banni onus, in exilium
ire cogatur, q̄ in hac re nullus sit officialibus modus, neq; fi
nis, neq; vlla facultatum ratio. Tamen nullus est hominibus
illis respectus, num industria, dataue ad hoc opera, & per cō
temptum, an necessitate ita impellente, vel casu potius, vici
ni cohabitatores, quum excommunicato ipso participarint,
commerciumue habuerint; aut sufficiens ne hæc fuerit cons
ciuibus causa, quare excommunicatum merito solum verte
re iussisse debuerant, horum p̄si habetur nullum. Sed vnū
curatur hoc per officiales, vt quousq; principalis ipse excōs
municatus, soluendo non est, conciuēs ac vicini sui, vt ut cul
pa vacent, ad solutionem tamen quod superest debiti cogan
tur. Q̄ si aliquando officialibus in os obtrudatur, contra do
mestica, nempe canonica sua, eos hoc moliri iura, quæ pecus
niæ causa quempiam excommunicari, aut interdictum edici
vetent, Nihilominus tamen id ipsum conantur causantes in
terim, non ob pecuniam, sed contumaciam, quæ tanto sit
maior, quāto vnde sibi originem ducit, minorem habeat caus
sam, tales excōmunicari, atq; hac decipula, auaritiā suā
officiales, nugando contegere nituntur.

ITEM ET DE ILLICITIS INTERDICTIS.
D